



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

VII. Duplici vinculo astricti; rum quia Summus Pontifex est Caput
Vniversalis Ecclesiæ; ex Conciliis Aquileiensi & Chalcedonensi, tum quia
Patriarcha Occidentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

societate concurreret, & una esse Ecclesia cui fideliter crederetur, unaque domus unius Domini & unius redemptoris, in qua de uno pane & de uno calice nutriveretur.

VI. Commune hoc officium communionis cum Ecclesia Romana, cui impendendo cum ceteris provinciis Gallia astringitur, cognoverat ante omnes vetustissimus ille

Irenaeus l. 3. c. 3.

Propter potentiam principalem, id est, primam & potestatem originalem, ne quis hic Romanum Imperium sumat.

Lugdunensium antistes Irenaeus, qui unus scripsit quod omnes sentiebant: *Ad Romanam Ecclesiam*, inquit, *propter potentioris principalem, quasi diceret, juxta sinceriores illorum verborum interpretationem, eam esse vim Vnitatis, quae principium & originem a Petri sede trahit, ut cum ea sentiendi necessitatem ceteris imponat. Propagatam in sequentes aetates apud Gallos hujus veritatis apertam professionem docet Avitus Episcopus Viennensis: qui ad Hormisdam cum sollicitius scriberet ut à Graecorum calliditate sibi caveret, qui concordiam verbis pollicentes, dolo fortasse agebant, ait:*

Avitus ep. 87. ad Hormisdam anno 517.

Quia securus, non dicam de Viennensi, sed de totius Galliae devotione polliceor omnes super statu fidei vestram captare sententiam; orate, ut sic nos perditorum professio fucata non fallat, sicut ab Vnitatem quam regitis veritas comperta non separat.

Epist. Conc. Aquil. ad Gratianum: *Totius orbis Romanae Ecclesiae caput, quia in Romana sede tum Vniuersalis Ecclesiae Caput, tum Occidentalis Ecclesiae Patriarchatum suscipiunt. Constat enim illos, aequè ac Concilium Aquileiense, (cui praerat Ambrosius) Totius orbis Romanae Caput Romanam Ecclesiam agnoscere, unde in omnes venerandae communionis jura dimanant. (Quidam legunt, Communionis.)* Epist. Synodica Concilii Chalced. ad Leonem: *Et quod in Kreta dicitur, & quod in Creta.*

VII. Sanè duplici nomine ad retinendam cum Ecclesia Romana communionem Galli obligantur, quia in Romana sede tum Vniuersalis Ecclesiae Caput, tum Occidentalis Ecclesiae Patriarchatum suscipiunt. Constat enim illos, aequè ac Concilium Aquileiense, (cui praerat Ambrosius) Totius orbis Romanae Caput Romanam Ecclesiam agnoscere, unde in omnes venerandae communionis jura dimanant. Adeo ut à Concilij Chalcedonensis societate alienos se esse putarent, nisi juxta sexcentorum illorum Patrum sententiam, non solum singularum Ecclesiarum, sed etiam Vniuersalis Ecclesiae Caput Romanum Pontificem profiterentur.

CAPVT III.

Synopsis.

I. De Patriarchatu Occidentis agitur, ut auctoritas Romana Ecclesia per Gallias sincerius expendatur.

II. Ecclesiarum diuisio per provincias ad exemplum Imperij, ab Apostolis. Probatur à Petro & à variis locis Pauli, ubi de Creta.

III. De Asia, cuius etiam mentio apud Ioannem, de Achaia, & Macedonia.

IV. Huc allusit Tertullianum.

V. Origo trium praecipuarum Metropoleon, Romanae, Alexandrinae, Antiochena. Earum Sacerdotes, Archiepiscopi, Exarchi, & Patriarche tandem dilhi.

De Patriarchis Indorum in Oriente. Emendata lex Codicis Iustiniani. Illis deletis, Patriarcharum nomen cessit Archiepiscopis Christianorum.

VI. Canonis sexti Nicensi interpretationes breviter recensentur.

VII. De iure Patriarchico trium Episcoporum hic agi probatur, praeter aliorum argumenta, ex Hieronymo, Innocentio, & Theodoro.

VIII. Esi ceterorum quoque Metropolitanum jura hoc canone firmemur. Ex collatione canonis secundi Const. cum Nicano colligitur hic etiam agi de Diocesisbus Asiana, Pontica, & Thracica. Earum mentio sub Constantino.

IX. Explicatus insignis Socratis locus de Diocesisbus & de Patriarchis. Dioceseon limites non violandos sancitum canone secunda Synodi, Lege Theodosij certi Episcopi designati ad communionis consortium. Emendata & illustrata lex 3. Cod. Theodof. de fide catholica. De iure danda communionis per Thraciam.

X. Error Socratis, qui Nestario Episcopo Constantinopolitano hoc tributum putat. Et Sozomeni, qui urbe regia correat. Jus illi collatum indefinitè, ad exemplum Romani Pontificis. Altera Socratis hallucinatio, qui sententiam canonis secunda Synodi & Theodosij miscet. Patriarcha apud Socratem iudem cum Episcopis deletis à Theodosio ad fidei consortium.

XI. Asiana Diocesis ecclesiastica ex undecim provinciis, quarum una est Asia Proconsularis. Ejus Metropolis, & totius Asiaticae, Ephesus. Ponticae Dioceseos fines, Vicarij sedes, Caesarea in Cappadocia. Unde dignitas Episcopo qui Pontica praerat. De Thracica & ejus Exarcho. Explicatus confessus Concilij Chalcedonensis. Thracica sub Episcopo Constantinopolitano. Dna reliqua Dioceses in ejus ditionem transferunt decreto Concilij Chalcedonensis.

XII. Obijciunt non agi de Patriarchico iure in canone Niceno, ex iure ordinationum, quod Episcopo Alexandrino competit per Aegyptum; quale Romano Pontifici non competeat, nisi in Metropoli Romana. Fines antiqui Metropoleos Romanae.

NON aliena erit à proposito nostro de Patriarchatu Occidentis accuratior disceptatio, imò verò prorsus necessaria, si Ecclesiae Gallicanae cum Romano Pontifice communionis vinculum perfectè cognoscere, ejusque quam per Gallias & ceteras Occidentis provincias exercuit auctoritatis fines perspectos habere velimus. Non possum in eorum sententiam ire qui recens Graeculorum schismaticorum commentum esse putant tributionem illam omnium Dioceseon quae Occidentem Romano Pontifici veluti Patriarchatum limitibus suis circumscriptum assignat. Fa-teor equidem id à Zonara & Balsamone observatum in commentariis quos ad sextum canonem Concilij Nicensi ediderunt. Sed non ideo veterum menti hanc commentationem adversari censendum est, quòd Graecis sit approbata. Quia verò dignitas Romanae sedis augeatur ex hac tractatione, quae alioqui densis tenebris est obseptata, lucem

Zonaras: *quod dicitur in 6o canone Nicensi, quod Episcopo Alexandrino competit per Aegyptum, quale Romano Pontifici non competeat, nisi in Metropoli Romana.*